

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

EPILEPSIA.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCURIA

DE

EPIDEMIA

IN

ANNIS 1801 ET 1802

IN ACADEMIA MEDICA

D. GEORGI HARRIS D. D. P.
DISSERTATIO MEDICA
ACADEMIAE EDINBURGENSIS

IN

ANNIS 1801 ET 1802

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI

IN UNIVERSITATE REGIA EDINBURGENSI

PROGRABE DOCTORIS

SUMMISSE IN MEDICINA HONORIS

ET IN ACADEMIA

EDINBURGENSI

R. R. JOHNSON A. B.

TRIN. COLLEGE

EDINBURGH

CLIM. HERBERT, SOC. FRASG. AGRIC.

ET SOC. REG. MED. EDINBURGH.

Ad quem 12. Sept. nota locoque edita.

EDINBURGI

EXCUDERUNT G. STEWART ET SOCIJ

ACADEMIE TYPOGRAPHI.

M DCCC I

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

EPILEPSIA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;

Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

P. R. JOHNSTON, A. B.

TRIN. COLL. DUB.

HIBERNUS:

OLIM HIBERN. SOC. PRAES. ANN.

ET SOC. REG. PHYS. SOC. HON.

Ad diem 12. Sept. horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT C. STEWART ET SOCII,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

M DCCC I.

DISSERTATIO MEDICA

IN ANEURISMA

DE

EPIDEMIA

PATRI SUO

QUAE

CARISSIMO

HOC OPUSCULUM

P. GEORGI BARRIS, M.D.

DICAT

RECITON

AMPHITHEATRO ACADEMIAE MEDICAE
HONORIS REVERENDISSIMO ADOCTO

PRO GRADU DOCTORIS

GEORGIO COATES

OB BENEFICIA IN SE COLLATA

P. R. J. ... M.D.

AUCTOR.

OLDI ...

—
P A T R I S U O

C A R I S S I M O

H O C O P U S C U L U M

D I C A T ;

N E C N O N

R E V E R E N D O A D M O D U M V I R O

G E O R G I O C O A T E S ,

O B B E N E F I C I A I N S E C O L L A T A ,

S A C R U M V U L T

A U C T O R .
—

DISSERTATIO MEDICA

IN AURICULARIS

PATRI SUO

DE

CARISIMO

E. P. H. O. C. O. S. T. A. T. I. S.

DICAT:

MICHON

AUCTORE P. M. JOHNSON

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

GEORGIO COSTA

In hac dissertatione...
OS BENEFICIA IN RE COLLATA
deliberare incipio; de quibus...
temporibus documentum...
SACRUM VITAE

generis humani...
AUCTORE P. M. JOHNSON

nonnumquam invenitur...

III

AA

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

EPILEPSIA.

AUCTORE P. B. JOHNSTON.

IN hâc dissertatione Epilepsiam, timidè quidem, describere suscipio; de quâ, quanquam diversis temporibus doctissimi scripsissent, infelici tamen generis humani fato, remedium morbi certum nondum inventum est.

A

DE.

DEFINITIO MORBI.

Cullenus cel. sequentem morbi definitionem, in Nosologiâ suâ Methodicâ tradit; virumque doctissimum, nullâ mutatione factâ, sequi volo.

“Musculorum convulsio cum sopore.”

HISTORIA MORBI.

Morbus hicce cum paroxysmis incipit; qui his symptomatis optimè designantur. Aeger, qui paulo antè bellè se habuit, pronus subito concidit; et quoniam miris modis convellitur, violenter humi prosternitur cum gemitu adeo terrifico, ut circumstantes terrore non mediocri afficiuntur. Relaxatione atque contractione musculorum alternis, lineamenta magnoperè distortentur. Mentis etiam affectiones, quae, mirâ celeritate altera alteri succedunt, eodem modo

in vultu pinguntur. Musculus occipito frontalis maximè convellitur; stant comae, sensus externi et interni amittuntur, corporisque totius musculi, convulsionibus diris, omnimodò agitantur. Oculi propria sede penitùs amoven-
tur; eorum musculi tam vehementer convelluntur; indeque etiam strabismum brevi manentem saepiùs accidere vidi. Oculi autem interdum sunt admodùm fixi; et ex rugis, quibus contrahitur frons, facilè colligi potest, aegrum maximè cruciari. Lingua inter dentes exseritur, subitâque maxillae inferioris contractione saepe vulneratur, et interdum etiam penitùs bifecatur; dentes aliquando refringuntur, violentiâ morbi adeo colliduntur, maxillaque luxationem saepè patitur. Extremitates superiores inferioresque, huc et illuc, in partes varias, et quocunque denique possunt, motu celerrimo rapiuntur. Simili musculorum affectione caput variis modis circumagitur; nunc ad scapulam usque retrahitur, et nunc ad pectus curvatur. In nonnullis quidem aegris collum adeo rigi-
dum

dum fit, ut nulla vi flecti posset. Ex hinc borygmis, ructibus, vomitionibus, faecum urinae et feminis masculini ejectione involuntariâ, partes internas etiam eodem modo convelli, satis constat. Post certum temporis spatium aeger ulterius convelli penitus definit, sensibusque privatus alto quasi sopore obrui videtur; vires mentemque pristinam gradatim deinde recuperat; omnium quae paroxysmi tempore contingere, omninò oblitus, etiam gemitus, quem sub initium inter concidendum edidit. Pulsus frequens, et irregularis, et respiratio laboriosa, finito jam paroxysmo, ad conditionem naturalem redeunt. Ex ipso morbi principio, facies magis magisque livet, et interdum penitus nigra fit. In paroxysmis violentissimis, ore, auribusque sanguis manare dicitur. Spuma ore, naribusque proveniens, linguae laceratae, horrendum, sanguine tincta, faciem morbi diram ostendit. Memoria per paucos dies saepe imminuta manet, sensusque post paroxysmum torpent; facies pallida, aegerque timidus, languidus,

duſ, ſegniſque videtur. Poſt horas paucaſ interdum nullum manet veſtigium morbi, donec paroxyſmus, intervallo ſolito jam finito, redit, aegrumque eodem quo antea modo vexat. Paroxyſmorum intervalla interdum regularia et ſaepe irregularia ſunt. Morbus frequenter, nullis praecedentibus ſymptomatis, aegrum ſubito occupat; ſed haec ferè morbum ſemper praecurrere ſolent, ſtupor, laſſitudo, vertigo, timitus aurium, palpitatio, ſenſus quaſi ponderis, caput opprimentis, faciei pallor, ſomnia terriſtica, timor inſolitus, anguſtiae, et murmuris in abdomine ſenſus. Soni inſoliti, odores, ſaporeſque ingrati, ſcintillaeque, ante oculos volitantes, in nonnullis aegriſ paroxyſmum praecurrunt; in aliis praecedit Aura Epileptica, quae a quadam corporis parte incipiens, quaſi vermis repens, vel aquae fluxus manans, caput verſus aſcendit. In morbi progreſſu mentis vires diminuuntur, et lingua, inter loquendum, ita caedit, ut verba vix benè ſequantur.

Paralyſis, et apoplexia ſaepiùs ſuccedunt: et

interdum

interdùm etiam melancholia, atque mania, mali hujusce sunt sequelae. Haec, si non omnia, faltem praecipua sunt morbi symptomata, quae plerumque occurrunt.

DE CAUSIS.

Causam proximam morbi hujusce ipsius Cullenii verbis tradere aequum mihi videtur: “ It
 “ is an affection of the energy of the brain,
 “ which, ordinarily under the direction of the
 “ will, is here, without any occurrence of it,
 “ impelled by praeternatural causes. ” Sed quoniam vim cerebri mechanicam, vel quamcunque aliam quae fortè inest, quaeque unà cum volitione quodam modo, qui nos latet, agere videtur, explicare non possumus, causa haecce proxima ad conjecturas tantùm viam sternit, nullâ, vel probabili morbo medendi methodo patefactâ. Causas igitur remotas in genere recensere tentabo, indeque pro virili
 viam

viam monstrare quâ aut levetur aut amoveatur morbus. Causae remotae sunt vel occasionales, vel excitantes, et praedisponentes; quarum hae corpus morbo obnoxium reddunt, illaeque in corpore sic affecto morbum statim excitant.

DE CAUSIS EXCITANTIBUS.

Stimuli directi et indirecti, ut vocantur, divisionem classis hujusce causarum complectuntur. Ad priores referuntur fracturae craniique vulnera, cerebrum ejusque membranas laedentia, vel officula acuminata intra cranium crescentia; intumescencia, atque inflammatio cerebri, et meningum, variaequae inde sequelae, puta ossium caries, vel acris humor, qui intus existens, teneram cerebri fabricam, nervosque laedit. Inter has causas recensenda videntur motus animi vehementes, gaudium scilicet nimium, ira furens, dolor inexplebilis, studium immodicum, diligens et sedula rerum domesticarum cura.

cura. Nimia vasorum cerebri distentio pro
 causa etiam saepe habetur; nam calor nimius,
 exercitium violentum, crapulae ex insolitâ ci-
 bi vel potûs quantitate, et quaecunque alia
 sanguinis fluxum caput versus propellunt, mor-
 bi hujusce paroxysmum frequenter excitant.
 Qui hoc malo laborantibus adsunt saepe et ipsi
 eodem modo afficiuntur; hoc imitationi, cujus
 vis quidem in mente humana magna est, ple-
 rumque tribuitur; in nonnullis insuper cor-
 poribus adeo valet imaginatio, ut ipsae etiam
 ideae vel quasi *σκῆαι* objectorum terrificorum,
 idem faciunt, ac si objecta ipsa reverà adessent.
 Utrum tales effectus peculiari corporum con-
 formationi, vel educationi tribuendi sint, hîc
 indagare vix meum esse puto. Quantoperè
 menti humanae imperat imitatio, a professore
 nostro, cel. Gregorio, his verbis aptissimè tra-
 ditur. “ Istâ imitatione multa discimus, multa
 “ facimus; imitatur nondum conscius infans
 “ quicquid vel videt vel audit; et vir adul-
 “ tus, et suae spontis, inscius et invitus, tan-
 “ tùm

“ tùm adhuc imitatur, ut hominum quibus-
“ cum verfatur mores, et fermonis prolationem,
“ quamvis faepe nolens, acquirat. ” Ut vis
imitationis in morbo producendo porrò con-
firmetur, eos, qui cum aſtutiâ fingunt, ut mi-
ſericordiâ motâ pecuniam obtinerent, reipſâ
tandem malo correptos videmus. Inter cauſas
ſuprà enumeratas, ſequentes etiam adjungere
licet, infantum nempè dentitionem, vermes, aci-
ditatem, vel alia quaedam acria in primis viis,
renum calculos, acrem ulcerum materiem, eru-
ptiones retropulſas variolae praecipuè, quae in
infantibus morbum ſaepiſſimè gignit, et deni-
que irritationem iſtam peculiarem, quae, aura
Epileptica, de quâ ſuprà, dicitur, et quae ex
diverſis corporis partibus oriens ſenſorium quo-
dam modo afficere videtur: haec de priore ſti-
mulorum ſpecie ſufficiant, jam de poſteriore
pauca dicere volo.

Haec ſtimulorum ſpecies cerebrum indirec-
te afficit; et ad hanc claffis diviſionem referuntur
haemorrhagiae, utrùm ſponte vel arte occur-

rentes; multa exempla in fastis medicis citata, terrorem subitum Epilepsiae causam frequenter extitisse, ostendunt; sed ex his omnibus optimè rem designat, exemplum illud a cel. Swietenio prolatum: “ Puer a cane magno insiliente ita
 “ terrebatur ut paulò post concideret Epile-
 “ pticus, et postea dum majorem canem vide-
 “ ret, vel et latrantem audiret, redibat paro-
 “ xyismus. ” Haec denique, quae syncopen, Epilepsiam etiam inducunt, horror nempe, odo-
 res ingrati, &c.

DE CAUSIS PRAEDISPONENTIBUS.

Quoniam omnes Epilepsiae non aequè sunt obnoxii, necesse videtur, ut certa sit corporis conditio, quae morbo favet, sed de conditione, vel conformatione hâcce luculenter admodùm statuere, difficillimum sanè esset: Si mihi conjecturis indulgere liceret, de temperamento huic malo maximè obnoxio, cholericum id esse, di-
 cere

cere auderem. Quocunque enim in corpore irritabilitatem eximiam invenias omni ferè stimulo excitatam, ejusdem temperamentum plerumquè cholericum est. Quibus est sensibilitas tenuis atque delicata, aut nimia musculorum irritabilitas, affectione Epilepticâ, maximè laborant. Hicce corporis habitus, utrum hæreditarius, aut ex rebus quibusdam in decursu vitæ occurrentibus proveniens, huic morbo præcipuè originem præbet. De hoc humani corporis vitio sic loquitur Cullenus: “ This is
“ necessarily connected with an analogous state
“ of the brain; that is, with a mobility in
“ respect to every impression, and therefore
“ liable to ready alternation of excitement and
“ collapse, and of both to a considerable de-
“ gree. ” Inter causas prædisponentes etiam recensenda videtur debilitas, quæ mobilitatem corporis inducendo, atque augendo, morbi fundamentum sæpiùs jacet, sicut ex hoc patet, quod sæminæ atque infantes, magis quàm alii, afficiuntur. Hydrargyri fumus etiam corpus
morbo

morbo aptius reddit, nam hujusce metalli artifices tremore manuum primò, dein Epilepsiâ corripuntur. Somnus etiam, quoniam mobilitatem quandam inducit, quâ fit, ut cujuscunque generis stimulo corpus excitetur, meritò, ut opinor, inter causas praedisponentes enumeratus; per somnum insuper morbus frequentius occurrat; causisque denique jam recensitis plethoram addere licet; nam in hâce corporis conditione, impressiones quantumvis leves, quaeque aliter nullum ederent effectum, sanguinis fluxum caput versus augere solent.

DE DIAGNOSI.

Phaenomenis peculiaribus suprâ relatis Epilepsiam, aliosque morbos distinguere admodum facilè videtur; sed quoniam hysteriae violentae, morbique, de quo nunc tracto, causae remotae non multùm differunt, characteres utriusque praecipuos monstrare oportebit. Quanquam
symptomatis

symptomatis suprà enumeratis ritè perpenſis dif-
crimen facilè appareat. *1mo*, Globi magni &
ventre ſurſum pharyngem verſus gradatim af-
cendentis, ſuffocationemque minitantis ſenſa-
tio, hysteriam praecipuè deſignat; Epilepsiam
non item, in quâ ſymptoma hocce vix un-
quam occurrit; globus hystericus inter medicos
appellatur: *2do*, Somnus altus Epilepsiam ſem-
per comitatur; hysterià autem laborantes non
ſolùm vident, audiuntque, verùm etiam omnia,
quae paroxyſmi tempore occurrerunt, poſtea in
memoriam revocare poſſunt: *3tio*, Spumæ oris,
quae jugitèr Epilepsiae adhaeret, hysteriam ra-
rò aut nunquam comitatur: *4to*, Aegri hyste-
rici mortem maximè timent, Epileptici nun-
quam: *5to*, Urinae limpidae maxima copia hy-
ſteriae paroxyſmum praecedere ſolet: *6to*, Epi-
leptici diutiùs violentiùſque convelluntur: *7mo*,
Ante pubertatem vix occurrit hysteria, liberi
Epilepsiae magis ſerviunt: *8vo*, Hystericus alter-
nis vicibus rident, atque illachrymantur. Et
denique

denique hysteria faeminas praecipuè aggreditur.

DE PROGNOSSI.

De Epilepsiae prognosi aliquid certè tradere, difficillimum sanè est, quoniam eventus anceps semper invenitur, et curatio perfecta rarò speranda est. Insuper si causae in encephalo originem habeant, et ex effectibus tantùm nobis sint cognitae; si ante initium morbi aeger ad aetatem puberem perveniat, aut si morbus ante hoc tempus aegrum saepiùs aggressus, peculiari systematis mutatione circa pubertatem occurrente non tollatur, in talibus casibus levamen diuturnum medicamentorum ope rarò quidem expectandum est. Quùm nulla signa paroxysmi accessum designent, morbusque a naturali systematis mobilitate, aut terrore magno subitò incusso, oriatur; hìc etiam remedia plerumquè non profunt; attamen sic loquitur Celsus; “ fo-

“ let

“ let quidem etiam longum esse usque ad mor-
“ tis diem et vitae non periculofum. ” Ubi
corpus violentiffimè convellitur, et respiratio fit
difficilis, vultus lividus cum ftertore, paroxyf-
morumque intervallum breve eft, fomnusque
profundus morbo fuccedit; haec funt fymp-
mata peffimi ominis, utpotè quae apoplexiam
lethiferam ex ruptis cerebri vafis inducunt.
Sed in liberis, iifque ad puberem aetatem
nondum provectis, quamvis etiam aura mor-
bum praecedat, curatio quidem perfecta spe-
randa eft; rei que hujufce exemplum unum in
tentaminibus medicis Edinenfibus occurrit; in
iftâ morbi fpecie, quae vocatur fympathica,
prognofis, fecundum affectionis primariae natu-
ram, dirigenda eft.

DE RATIONE MEDENDI.

Paroxyfmi tempore, ut convulfionum violentia diminuatur, earumque recursus cohibeatur conandum est. Hoc fit, primò occasionales, cautè vitando, et dein caufas praedisponentes removendo vel corrigendo; priorem medendi methodum haud difficulter admodùm confequimur, dummodo caufae excitantes quas fugere poffumus fint cognitae. Quoniam nimia vaforum cerebri diftentio, vel auctus in iis fanguinis impetus, caufae morbi excitantes exiftunt, aeger fedulò evitare debet, quaecunque fluxum fanguinis caput verfus accelerare videntur; calor nimius externus, exercitium corporis violentum, motus animi vehementes, liquorum ebrietatem inducentium ufus, aegro cautiffimè fugienda funt. Quaecunque mentem primò, dein fenfus fubitò, fortiterque exagitant, ab iis paroxyfimum femel expertis, imprimis

primis cavenda sunt. Ubi morbus usu tantum confirmari, atque continuari videtur, paroxysmorum recursum, quatenus fas est, obviam eundo, anser quasi catenae rupta, malum saepe removetur, et in omni morbi specie, quacunque de causa, coeli mutatio maxime prodest. Epilepsiae occasionalis curatio primariae affectionis remotione tentanda est; quum ex aurâ paroxysmi redire videantur, sensusque mali incipientis ex eadem corporis parte semper oriatur, pars haecce vel scalpello, vel caustici potentialis ope penitus perdenda est, nisi inde systema damno majore corripatur. Tum fonticuli, atque vesicatoria adhibenda sunt; si ab irritatione nervi alicujus paroxysmum originem habere suspicemur, dummodo id facile fieri possit, nullaque magni momenti injuria inde sequatur, nervus hicce persequendus est. Si à nullo certo, sed nunc ex hoc, nunc illo loco oriatur aura, ejus progressus cerebrum versus impediri possit vinculis membro injectis; remedium hocce nunquam praetermittere debemus, quoniam ut recte

notat Cullenus, “ preventing the fit breaks the
 “ habit of the disease, and frequent compres-
 “ sion renders the nerves less fit to propa-
 “ gate the aura.” De removendis aut cor-
 rigendis causis praedisponentibus quatenus licet,
 quae est secunda curandi methodus supra pro-
 posita, jam dicere pergam. Nimia corporis mo-
 bilitas, casu fortasse acquisita, morbida systema-
 tis plethora, peculiarisque aegri conditio somno
 ascribenda causae praedisponentes solae sunt,
 quas nobis corrigere fas est. Mobilitas fre-
 quente, atque moderato exercitio, sub Dio se-
 renò, et frigidulo, optimè imminuenda est; diae-
 tam levem, et alimento plenam esse oportet;
 balneum frigidum, si modò id aeger commodè
 ferri possit, saepius utendum. Tonica vegeta-
 bilibus mineralibusque desumpta summam saepe
 utilitatem praebent; e prioribus cortex Peru-
 vianus remedium optimum esse videtur, attamen
 saepe nos fallit, et cùm plethora adsit ob-
 est potius quam prodest. Quando certis inter-
 vallis redit morbus, tempusque paroxysmi pro-
 pinquantis

pinquantis cognosci potest; duos vel tres ante dies cortex porrectus, aut penitus repellat, aut insultum multò leniorem reddet. Quamvis terror morbi causa saepe extitisset, in curationem etiam multum valere inventus est, sicut ex Boerhaavio colligimus. Quoniam debilitas corporis universalis, stomachi tonum semper ferè diminuit, medicamenta amara commendantur, ut systematis totius, sed praecipuè ventriculì vires augeantur. Cullenus porrò sic loquitur, “ that the tonic power of bitters in the stomach is communicated to the other, and even the most distant, parts of the system, appears from their being a cure in intermittent fevers, and a special means for preventing the return of their paroxysms. ”

Aurantiorum folia in hunc usum commendat de Haenus; sed multa alia dantur, quae corpus humanum magis afficiunt, quaeque potius adhibenda sunt. Sed haec atque talia diu continuata vim ventriculì imminuere dicuntur, ma-

lus

† Vid. Boerhaav. Lib. impetum faciens.

lus autem hicce effectus sequitur eò quòd sub formâ tincturae exhibentur, quae res spiritui viñoso, non medicamentis ipsis tribuenda est. Tonica metallica praesertim e ferro, cupro, atque zinco praeparata laudantur; ferrum quamquam ad corroborandum systema admodum valeat, attamen in Epilepsiae medelam parum efficax invenitur, quod tamen inde oriri possit, vel quia temporis administrandi vel morbi symptomatum aliarumque rerum stipantium, vel debitae medicamenti quantitatis nulla propria atque necessaria ratio habita fuit; e cupro et zinco praeparata feliciore effectu adhibentur, et ex omnibus prioris metalli praeparatis, optimum esse videtur cuprum ammoniacum, a quo morbum penitus esse remotum, ab exemplis nonnullis colligimus. Celeberrimus noster professor, Duncanus, in casibus suis selectis, unum aegri exemplum tradit, qui hoc medicamento sub formâ pillulari sanus evasit. Flores praeter caeteris zinci formis laudat Gaubius. Ingraviore tamen morbi specie parum valet, in mi-
tiore

tiore non item; arsenicum, stannumque, etiam praetermittere non oportet, quorum illud hinc fortè laudari debet, quia in febribus intermittentibus valet, hoc, quia in hysteriâ haud inutilè reperitur. Hydrargyrus, ita ut salivationem inducat, omnibus aliis remediis frustrâ adhibitis, utilis esse repertus est. Burserius scribit hydrargyrum maximè valere; et secundum Cullenum idem remedium casu adhibitum, morbum fugavit, cum nil aliud valeret, et quoniam nuperrimè tetanus etiam ab hoc removeri dicitur, a *fortiori* ergo id in Epilepsiâ multùm profuturum, credendum est. Inter tonica vegetabilibus desumpta recensendus est viscus quercinus, qui eventu saepè felici datus est; sed olim felicior, propter superstitionem, quâ eum homines spectabant quoniam mente fortiter affectâ, morbus hicce saepe levatur, sicut ex horrore, atque terrore quibus malum interdum removetur, satis constat. Altera medicamentorum classis, quae nimiam systematis mobilitatem cohibet, antispasmodicorum nomine

mine gaudet. Haec hora vel horae dimidio ante paroxyfmi acceffionem plenâ dofi administrare oportet. Quum autem venientis mali tempus, ut faepe accidit, pro certo defignari non poffit, ab ipfo aegro querendum eft, utrum dolorem, aut fenfationem ullam peculiarem habeat, quibus ficut plerumque contingit, infultus venturus innotefcat. Quodcunque antifpafmodicum adhibetur, ejus effectus penitùs ceflare haudquaquam permittendus eft, et in ejus ufù diù etiam poft paroxyfmorum ceflationem, perftandum eft, fecundum durationem violentiamque, quas morbus antea habere solebat; et hoc faciendum eft, donec fystema quafi defuefcere caeperit; nam vix dubitandum eft, quin haec, aliaeque nervorum affectiones, ufù folo faepe continuentur. Ex antifpafmodicis praecipua funt moschus et opium, quorum prior, quoniam difficillimè purus obtinetur, per rarò datur, pòfterius frequenter optimo effectù administratur; fed aegro fanè, fi adfit plaethora, nocere potèft. Quum nocte morbus gradum

dum accelerare soleat, opii granum horâ decubitûs sumptum, semper levabit, interdumque paroxyfmi recursum omninò impedit. Stramonium, atque hyoscyamus, quoniam effectibus ab opio non multùm discrepant, summis laudibus celebrari solebant; et quum ob peculiarem quandam corporis conformationem, opium exhiberi non possit, ejus vice saepe usurpantur. Ex aliis antispasmodicis quae in hoc morbo administrantur, praecipua sunt, aether, Valeriana sylvestris, atque oleum fuccini. In Nosocomio Edinensi, paulo ante paroxyfmi accessum, effectu sanè optimo, aut in ejus vi penitus impediendâ aut imminuendâ, aethera porrectum vidi. Valeriana etiam, paroxyfsmorum intervallo sumpta, maximè valet. Camphorae, hyoscyamo, cicutae, aliisque antispasmodicis oleum animale meritò anteponi videtur; Hoffmanno magnoperè arridebat, idque bonum esse remedium ratus est Cullenus, qui de eo sic scribit, “ In some instances where I could
“ know exactly the period of an epileptic ac-
“ cession,

“ cession, I could by giving a large dose of
“ animal oil prevent such an accession. ” Dr.
Currie tradit, cataplasmata nicotianae cordis
scrobiculo horae circiter dimidium ante inful-
tum applicata, paroxyfmi recursum saepe im-
pedire. Plethoram etiam, utpote causam prae-
disponentem, vel removeere vel corrigere conan-
dum est; haec si adfit, tonica atque antispas-
modica cautè usurpanda sunt. Magna sangui-
nis copia venaefectione certiffimè diminuitur;
haec methodus igitur utenda est, quum vaso-
rum cerebri ruptura, ob nimiam distensionem,
timenda sit. Ad hoc remedium tamen, quam-
vis sanguinis quantitatem primò diminuat, quo-
niam ejus incremento postea multum favet,
tum solùm confugiendum est, cum magna ur-
geat necessitas, periculumque immineat. Sed
systematis plethora melius, tutiusque, corrigi-
tur cibo tenui, qui lacte, atque vegetabilibus
potissimùm constare debet. Cathartica tantum
mitia utenda sunt; alvus saltem leniter solvenda
est; fonticuli in collo faciendi sunt; capillitium-
que

que abrafum aquâ. frigidâ frequenter lavare oportet; frigoris necessitas modicè applicati ex eo patet, quòd in cubiculis calidis hic morbus frequenter occurrit. Ut cubiculum igitur acgerque frigore modico pateant, magnoperè conducit. Exercitium etiam modicum sub dio saepius repetitum, balneumque frigidum his adjuncta multum valent. De variis systematis conditionibus, de eâ autem praecipuè quam inducit somnus, utpote corpus huic morbo obnoxium reddentibus, hìc fortè dicendum esset; sed quoniam in genere de methodo vel corrigendi vel removendi mobilitatis causas antea dixi, id sufficere existimo.

FINIS.

CORRIGENDA.

Pag. 1. lin. 5. *pro B. lege R.*

12. 6. *pro enumeratus lege enumeratur*

EX TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

